BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE
1018
24

1

18 · 24

[illegible]

[illegible]

[illegible]

16 [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] 15 [illegible]

[illegible] in una [illegible] al [illegible]

[illegible]

1015.24

XX I.
CONST.

1018.24
b

¶ LIBER DE POTESTA/ tæ ſyderũ, ac ſcientificum pronoſti con optimis firmatum rationibus artiũ/ac Mathematici, excellentiſ/ ſimi, ſacræq; Theologiæ profeſſo/ ris, eximii Fratris Sebaſtiani Con ſtantini ſiculi Taurominitani ordi nis prædicatorum vitæ regularis.

Quo conuincuntur obloquentes Aſtrologi. Qui friuolis rationi/ bus magnorum effectuum cœleſtes cauſas / ac in ipſum Deum timo/ rem demere nituntur.

¶ Ad Reuereñ. in Xpo patrem: & dominum. D. Nicolaum de Fliſ/ co Lauaniæ Comitem. S. R. E. Tituli Sãctæ Sabinæ Epiſcopum Card. Or. Præd. protectorem ac Mœcenatem Colendiſſimum.

1018.24
c

❡ Antoninus Pontus Conſentinus
ad Authorem.

Si redeunt animæ, ſi rurſus corpora viſunt:
Vt docuit Samii diua Minerua viri.
Ille Syracoſius, Qui in vitro ſydera finxit
Et motus ſubiit iam tua corda, ſenex.
Hinc modo ſi coeli nutus, ſi numina diuõm
Pandis: cui mirum? cuncta ſuperna ſapis.
Suſtinuit coelum ſubiecto maximus Atlas
Hercule: Quo pulſo, tertius ipſe tenes.

❡ Lucę Petronii Conſentini
verſus ad Authorem.

Sydera fulſit Atlas. gemuit ſub pondere fortis
Alcides. cœlum doctus vterq; tulit.
Firmius ecce tuis humeris fulcitur olympus
Et ſub vtrumq; volas dexteritate polum.
Quicquid agit cœlum, ſuperũ qd numina poſſunt
Suggeris, es cœli dignus honore. Vale.

CVM multorum ſcripta conſpice/
rem veritati nec conſona ac humani
generis pernitioſa de futuro diluuio
charitas me cōpellit, diſcipulorum
preces cogerunt, vt per actis huius
menſis Auguſti vacationibus, quaſdam huiuſce rei
lucubratiunculas pręuiribus in lucem ederē & quid
de planetarum ſinodo dicendum fore vigili perſcru
tatione in medium afferrem. At ſi humani generis
intellectus vires in cęleſtium corporum enucleandis
quęſtionibus ībecilles graciles exileſq; ſint tamen te
ſte Ariſto. ſecundo celi ter. c. 60. non temeritati ſed
honori fore attribuendum iuſtum cēſuit. Quoniam
altiſſimorum diuinorumq; corporum admirando/
rum quoq; effectuum hęc ſcientia cauſas rimatur. Et
ſi paruam afferūt ſuffitientiam tamen ſat eſſe optime
decernit. Et nil profecto eſſe poteſt inquo anima tan
tum lucretur quantum in huiuſce ſcientię pronoſti/
cationum ſcientia, multa enim mala illa quiſq; euita/
re poteſt aſtriſq; dominari. Quapropter primum ad
uerſariorum opinionem eorumq; ratiōes afferam pa
tefactaq; veritate illas pilifaciam Et quantum harum
profecto rerum modus patietur non nulla percurre/
re nitar.

REVERENDISSI. SACROSANCTAE ROMANAE ECCLESIAE EPISCOPO CARDINALI SABINENSI DIGNISSIMO NICOLAO DE FLISCO SVO PATRONO ORD. PREDI. PROTECTORI. COLLEN. S. P. D.

CVM/e/cælorum ædibus ſuperbiſſimus il
le Lucifer olim cecidiſſet pater Ampliſſi/
me: ad eaſq; genus humanum Xp̄i ſan/
guine redemptum, prouehi animaduer/
tiſſet: non paruo hinc liuore ductus eſt.
Quin illud ad ima tartara: & in ſedes
inferas crebris elliciens dolis/detrudere
quotidie conetur præſertim cum illum
minime lateant / Duo prophetiæ genera
minatorium ſcilicet & ꝓmiſſorium non
ſemper compleri/cum ut (Theologi ſacri aſſerunt) Conditionalia ſint.
Tunc enim comminatoria prophetia ad impletur. cum/a/ ſæleribus pec
catores ſeſe nequaq; conuerterint. At ſi relictis uitijs pœnitētiam egerint
Quæcunq; deus prius comminatus eſt: commutabit, ut niniuitas fecisse
memorie proditū eſt: eodemq; modo de Dauitico gſie legimus. cui deus
oipotens æternū regnum promiſerat: nec tamen ad tertiam uſq; prolem
peruenit. Nam Salomon (ut ſacrum docet eloquium) in uijs patris nec
permanſit turſ iterq; degenerauit. Deus etenim omnium Cōditor/mor
tale genus nunc minis territat: Nunc ꝓmiſſionibus allicit: ſeq; ab om/
nibus timeri uult, ut diſcant homines uni Deo multū eſſe tribuendum.
Timor iſte mentibus iniectus/a/ fœda peccatorum Illuuie nos reuocat:
facitq; imprimis ut Deum cognoſcamus. Veneremur. & Amemus. con
ſtituitq; Religionem, Pietatem, Sacrificium, Honeſtatem: Pudorem,
& demum ſapientiam largitur: timentibus eum ſcriptum eſt/a/Pro/
pheta. Initium ſapienciæ Timor domini. Poſſem ego in hanc fere ſen/
tentiam non nulla ueteris teſtamenti exempla adducere. Sed nolo in re
præſertim manifeſta diutius immorari. Duo illa non prætermittam:
quæ maxime ad hanc rem faciunt. Noe tempore uidens Deus homines
fœdiſſime uictitare dilabique in omne ſcælus tandem poſt longam ex/
pectationem centum enim annos: illorum pœnitentiam expectauit. Nec
ullis monitis: nec præſenti arcæ conſtrutione. quam Noe per tot anno/
rum tempora dominus fabricare docuit/a/prauis operibus & ſcælera/
tiſſima uita deſtiterunt. Aquas diluuij poſtremo omnem obruentes car/
nem mittere minatus eſt, octo dumtaxat exceptis ob eorum probitatem
iuſtitiam, & morum integritatem. Cęteri uero mortales miſerandum

*in modum Aquis obruti periere: eodemq; modo Gomorreas urbes olim
celeberrimas, Igne ſubuerſurum ſe Abrahę promiſerit. Obiciſſetq;
Abraham minime conuenire ut inſontes cum ſontibus una interirēt.
Cui Deus ſi quinq; Iuſtos ſaltem inueniſſet, fore illas Igneo rore illę/
ſas, promiſit. Nec poſtea totidem inuenti fuere Quapropter/adeo no/
ſtra creuit iniquitas: ut quo ultra progrediatur uix habeat. Vniuerſa/
lia: hęc mala: quę patimur ex communi magis iniquitate q̄ particula/
rium impietate: prouenire nobis. ſacra teſtatur ſcriptura. Supereſt nūc
mihi: ut quibus demonum inſidijs decipiamur referam illi cnim/ne mor
tales: dei furorem Corporum maceratione: & tenui uictu. Alijs precibus
delinirent: futura mala ut nulla eſſe credamus: perſuaſere: Talia uerba
nobis ſuggerentes ut David admonuit. Numquid eſt ſcientia in excelſo
Idem alibi. Nec conſiderabit nouiſſima noſtra. Et Salomon dicit ſuper
cardines Cœli ambubat: nec noſtra conſiderat. Hęc & plura menti/
bus noſtris demones quotidie ingerunt. Ne ullum Dei timorem habe
remus quanto tamen ſalubrius foret, ut Paulum intenta mentis acię:
diligenter id homines animaduerterent. Quod David recte nos admo
nuit. Vtinam ſaperent: & intelligerent ac nouiſſima prouiderent: his
igitur dolis humanę naturę hoſtis ſemper infeſtiſſimus ad teterrema
tenebrarum loca perducere nititur. Illud ſępius obiectans: nec quicq̄ eſſe
cur timere debeamus. Hac homines inflati opinione nullum anni proxi
me ſequentis diluuium fore arbitrantur. Sed uideant quęſo: quid mali
poterit ex timore Dei uenire non ne illo religionem augeſcere: pietatem
coli uidemus: probitatem, fidem abſtinētiam: & uirtutum omnium cre/
mentum. Quę res affatim per David apparet uoluntate timentium ſe
faciet: & deprecationem eorum exaudiet. Quare nos quoq; hanc de fu/
turo diluuio prouintiam libenter ſuſcepimus ſcribendam. Non animo
profecto detrahendi cuiq̄ ſed diſcutiendę ueritatis amore compulſus.
Et ne brutorum more minarum pręſentiam moreremur quorum non
eſt prudentia & ut Chriſticolarum corda dei timore incaleſcerent quo
homines cuncta repellere ac mala queunt. Has noſtras lucubratiunculas
ad ueſtram Reuerendiſſima dominationem dirigere ſtatui uti ad bene
factorem pręcipuum musarum alumnum probitate & prudentia ac pe/
ritia doctrinarum ſulgentem Sanctę Romanę Eccleſię ſydus perfulgi
dum: totius ligurię decus ſanguinis nobilitate ac uetuſtate p lucidum
generoſęq; atq; nobilis familie multitudine ornatum unde ſub tuo pa/
trocinio inclitiſq; pręſidis atq; numine illas ad lucem nec formida/
mus afferre. Vale Romę quarto nonas Ianuarias.*

M. D. XXXIIII.

ET primo queritur utrũm ſit conueniens cunctis perſuadere diluui
um nõ fore timẽdum. ❡ Et primo videtur ꝙ ſic qa dixit Ariſto.
in magnis Rectoricorum uoluminibus terrorem perturbationem quan/
dam eſſe, aut dolorem, qui ex eius futuri mali proficiſcitur quod corpus
corrumpit aut mentem perturbat tunc ſic quicunq; ſuadet cunctis aliqd
per quod homines non incurrunt corporis corruptionem uel mentis
perturbationem iſtud conueniens eſt perſuadere ſed quicunq; ſuadet di/
luuium non eſſe timendum nec eſſe futurum facit ſic ergo &c. ❡ In con
trarium eſt Ioannes Euangeliſta Apocalipſis. xiiij. capite qui cunctis ti/
morem futuri mali ſuadet cum ait. Timete deum & date illi honorem
quia uenit hora iuditij eius. Reſpondeo dicendũ. quod timor eſt multi/
plex Primus dicitur mundanus qui adeo auertit. Secundus eſt ſernilis
& ad deum conuertit. Tertius initialis nũcupatur & ad gratiam ac dei
amorem diſponit. Qartus filialis nominatur qui hominem perficit &
deo coniungit. Notandum ſecundo ꝙ cauſa timoris eſt duplex prima
eſt amor ſecunda eſt defectus uirtutis: prima probatur auctori. Augu.
in lib. lxxiii. queſtionum ubi ait. Nulli dubium eſt non eſſe aliam met
tuendi cauſam niſi ne id quod amamus aut adeptum amittamus aut nõ
adipiſcamur ſperatum Sic ergo patet ꝙ timor eſt depriuatiõe eorũ que
amamus & ideo omnis timor ex amore ortum habet. Secũda cauſa pro/
batur quia contrariorum ſunt contrarie cauſe ſed diuitiæ robur multi/
tudo amicorũ & poteſtas excludunt timorem ut Ariſto. aſſerit ſecun/
do Rectoritorum ergo ẽt illud timemus malum quod de facili repellere
uel euitare non poſſumus ergo defectus uirtutis eſt cauſa timoris unde
ex hoc habemus obiectum timoris quod eſt ipſum malum uel quod põt
infligere malum. Notandum tertio ꝙ nihil poteſt eſſe in his inferiori
bus neq; ſimpliciter in toto mundo ꝙ non ſit a deo hoc ꝓbatur Theolo.
ut demonſtrat Sanctus Tho. pri. parte. q. xxij. ar. ii. dicens ꝙ omnia ſub
iacẽt diuine prouidẽtie non tantum in uniuerſali ſed etiam in ſingulari
ẽt ar. iii. ait ꝙ omnibus deus prouidet immediate quo ad rationem or/
dinis mediate autem ſcilicet per corpora celeſtia & alias ſecundas cauſas
quo ad executionem & in eadem pri. parte. q. ciii. ar. vi. Deus gubernat
omnia immediate quo ad rationem/mediate autem quo ad executionem
ẽt ibidem. q. iii. a/primo declarat ꝙ deus eſt primum ens prima cau/
ſa &c. Secundo hoc patet per Ariſto. & Philoſophiæ ubi demonſtrat
ꝙ Deus eſt cauſa prima & primus motor. ẽt viii. Phiſi. &. c. xxxiii. de
clarat ſecundum mouens non poteſt mouere ſine primo & ſic non cau/
ſante prima cauſa impoſſibile eſt ſecundã cauſam aliquid producere &
auctor de cauſis ait ꝙ omnis cauſa primaria plus eſt influens ſupra cau
ſatum ſuũ ꝙ̃ cauſa uniuerſalis ſecunda. Et ſic nihil poteſt fieri in mun/

do ꝙ non ſit a deo Aſtrologice etiam hoc patet quia ut infra probabi/
mus ꝙ octauum Cœlum & Planete ſunt cauſa omnium eorum quæ
fiunt cuius uirtus eſt a deo primo omnium rerum auctore. & ſic patet
concluſio ex predictis. Ex his habemus ꝙ illud timendum eſt/a/quo
cuncta producuntur ergo timendus eſt ipſe Deus & huius ratio ha/
betur quia illud timendum eſt quod poteſt infligere/malum ſed Deus
eſt/a quo ſunt oĩa que hic mala euenire poſſunt ut Propheta ait Non
eſt malum in ciuitate quod non fecerit dominus ergo ⁊ loquntur de ma
lis pene de quibus eſt preſens ſermo & ſic de timore ſeruili qui eſt de
malo pene future eſt preſens diſputatio ſcilicet de timore futuri diluuij.
Notandum quarto ꝙ Deus quandoq; explanat abſentia loco uel tempo
re que cognitio Prophetia dicitur dupliciter uno modo per uoces ſigni/
ficatiuas uel hominum ut cum Zaccarias ſpiritu ſancto plenus propheta
uit dicens Benedictus dominus deus iſrael uel angelorum corpora ſum
mentium ut ſepe Moyſi apparuit ⁊ abſentia & loco & tempore nota
fatiebat Alio modo ꝑ ſigna celeſtia ſicut fuit cognitio Xp̃i nati abſen/
tis quam magis contulit noua ſtella unde ⁊ Grego. in omelia dicit Sed
querendum eſt modo quidnam ſit ꝙ redemptore nato: Paſtoribus in
Iudea/ Angelus apperuit: atq; ad adorandũ hunc ab oriente Magos non
angelus, ſed ſtella perduxit, Quia uidelicet Iudeis tanq̃ ratione uten/
tibus: rationale animal ſcilicet Angelus predicare debuit Gentiles uero
quia uti ratione neſciebant ad cognoſcendum Deum non per uocem ſed
per ſigna perducuntur, quia & illis prophetie tamq; fidelibus ⁊c. infra
dixit ⁊ ne dum loquentem ſcilicet Xp̃m elementa muta predicarent.
hec ille formaliter & ſic patet ꝙ ſigna celeſtia nobis abſentia loco uel
tempore predicare poſſunt Et quod mala futura nobis indicant prophe/
tia comminatoria aliquo modo dici poteſt que non ſemper adimpletur
ut in Epiſtola deduximus & ſic nunc dicere mihi uidetur ꝙ ſtella/
rum conuentus multa nobis mala imminere predicant & hoc non ni/
ſi ob delicta noſtra unde cognitio futurorum malorum que ex illis habẽ
tur ut dixi aliquo modo prophetia comminatoria dici poteſt & ideo ſi
a uijs ſuis peſſimis in ſemita mandatorum Dei unuſquiſq; pedes conuer
terit dicis uerificabitur illud Euange. ſigna celorum nolite
timere que gẽtes timent at quia mortalium opera forſan peiora ſunt gen
tium operibus ideo ualde timendum eſt quia ignorantia aliquos exſcu
ſat ut Apoſtolus Petrus dicebat ſcio fratres ꝙ per ignorantiam feciſtis
Et Xp̃s pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt At xp̃ianis cuncta
in ſomnuerunt ac fidem acceperunt aqua per praua opera recedunt. Et
ſic ponitur principalis cõcluſio queſito reſponſiua ꝙ.ſ. timore filiali uel
ſaltem ſeruili ſcilicet de malo pene futuro ſcilicet de futuro diluuio cum/

ctis illud perſuadere eſt ualde conueniens probatur id per quod morta/
les futurum malum repellere poſſunt cunctis illud pſuadere ualde eſt
conueniens imo utile & quaſi neceſſarium ſed timore filiali & etiam
ſeruili futura mala euitare poſſumus quia nolunt peccare boni uirtutis
amore in quibus bonis eſt timor filialis nolunt peccare mali formidine
pene & hunc ſeruilem ſaltem qui pene timorem inducit deſiderabat da
uid cum dicebat. ❡ Confige timore tuo carnes meas a iuditiis
enim tuis timui. Hunc predicabat & cunctis perſuadebat Salomon cum
dicebat In.i. ium ſapientie timor domini.& Eccleſia. pri. Radix ſapien
tie eſt timere deum.& Eccl.xxv. Timor domini initium eſt dilectio/
nis. Quod exponens Augu.ait. Nam timor ſeruilis eſt initium dilec/
ctionis quia introducit ad charitatem ſicut ſeta filum: ad quam dei cha/
ritatem cum quis peruenerit ſanctum iucundum dulciſſimumq; uiuere
fortius eſt ob quam charitatem non corporis tormenta: non dira mor/
tis genera: non fortune bonorum amiſſionem i homines formidabunt.
Et ideo David ait. Nam & ſi ambulauero in medio umbre
mortis non timebo mala quoniam tu mecum es domine uirga tua & ba
culus tuus ipſa me conſolata ſunt Paraſti in cōſpectu meo mēſam aduer
ſus eos qui tribulant me. Ex quibus duo eliciuntur primum eſt q; ſiquis
uult futurorum malorum pellere timorem deum timeat & hanc uiam
cunctis preconizanda eſt ut a diluuij timore mortales abſoluerentur ſe
cundum eſt q; talis timor nō ad corruptionem/ ſed ad iucundā & longe/
uam diſponit uitam & ſi aī commotionem inducit ad memoriam ducēr
peccata que contra deum homo perpetratus eſt hanc cōmotionem quili
bet appetere iuſtum cenſeo & ob hanc cauſam David optabat dicens
confige timore tuo carnes meas O utinam omnes ſic dicerent cum Da/
uid confige. O quam per utile eſſet ſi omnium mētes hoc timore.ſ.ſerui
li & pene ſummopere perturbarentur uere/a timore ultimo liberarētur
& cuncta mala facile repellere poſſent. Quoniam ad charitatem dedu/
cit & pri. Io.iiii. Perfecta charitas foras mittit timorem & ſic per timo
rem remouetur timor omnis & iucundum inducit uitam. Ad argumen.
ergo dicitur negando minorem pro prima parte & dictum Ariſto. im/
propoſito noſtro habet uerificari pro ſecunda parte diſiunctiue ſed ut di
ximus talis mentis perturbatio utilis nimis eſt & proficua inmo ut di
ximus omnem ultimo expellit timorem. Nec ultra modum ſuadendus
eſt ſed rationabile ſic obſequium ueſtrum Apoſtolus ait. Siqs autem di
ceret q; in hac mea queſtione unū preſuppono quod aduerſarij non conce
derent.ſ. aliquod malū futurū portēdere planetarum futurus conuentus
immo dicent nil mali indicare & erit maxia temperies ob dominij Iouis
in loco coniunctionis Saturni & ad hoc dico q; in ſequentibus hoc uide/
bitur Deo

bitur Deo duce & uidebimus ꝙ neq̃ iſti negant diluuium futurum &
ꝙ multa mala ſignificat dictus planetarum conuentus dequibus infra.
Sed cunctos uolo cautos fore me quandoq̃ ut Theologū loqui quandoq̃
ut Philoſophum quandoq̃ ut Aſtrologū m ratio eſt quoniam aduerſa/
rij in eorum opuſculo quandoq̃ materiam Theologicā concernut q̃nq̃
Philoſophicam quandoq̃ Aſtronomicā tangunt ideo diuerſimode opor
tet me loqui. Multa alia eſſent dicenda de timore & multas alias ratio/
nes ad concluſionem principalem probandum deducere poſſem at ne pro
lixitate tedio. Reuerēdiſſime. D. V. animū afficerē ſatis fore putaui que
adducta ſunt.

Secundo queritur utrum corpora celeſtia agant in hec inferiora & ui/
detur ꝙ non quia omne agens tangit paſſum Ariſtoteles. xvi. animalium
ſed corpora celeſtia nō tangunt hec inferiora ergo. maior patet ꝑ philo.
xvi. animalium minor etiam quia ſi ſaltem per ſuum lumen & motu me
diantibus elementis tangerent hec inferiora tunc etiam per elementa
celeſtia corpora tangerentur quia omne tangens tangitur per Philoſo/
phum. v. phiſicorū. Sed hec inferiora & etiam elementa non tangunt
corpora celeſtia que qualitates tāgibiles ſunt caliditas & frigiditas &c.
que non ſunt in corporibus celeſtibus. Incontrarium eſt Ariſto. implu
ribus locis maxime ſecundo de generatione ter. c. lviii. Vbi ſic dicit ap/
paret autem ſecundum ſenſum confeſſa his que/a nobis dicta ſunt uide/
mus enim adueniente quidem Sole generatio eſt recedente autem dimi/
nutio. & in equali tempore alterum &c. Primo Metheor. c. i. ait. Eſt au/
tem ex neceſſitate cōtinuus iſte ſuperioribus lationibus ut omnis ipſius
uirtus gubernetꝰ inde. Reſpondeo dicendum ꝙ neceſſe eſt corpora cele/
ſtia agere in hec inferiora & quoniā ad hunc finem hoc queſitum addu/
xi ut in eo declareretur ꝙ Aſtrologia uera eſt & per ipſam ſcire poſſu
mus effectus horum inferiorum. ſ. elementorum & elementatorum &
etiam coniecturaliter ſeu probabiliter cum ſepius homines inſequantur
corporis inclinationem etiam electiones uoluntarias ꝑ natiuitatem ſci/
re poſſumus omnia accidentia hominis & ſi quandoq̃ errant iudican/
tes dupliciter eſſe poteſt primo quia effectus celorum qui hic fiunt non
ſemper de neceſſitate eueniunt ut dicemus ad mentem Ptholomei. S. T.
Alber. &c. ſed per accidens impediri poſſunt & quia id quod eſt per ac/
cidens ſciri non poteſt quia accidentium nō eſt ſcientia ideo nimis dif/
ficile eſt cognoſcere impedientia & ideo cum accidant ut ipluribus effe
ctus iſti ſapiens Aſtrologus ad hoc debet attendere & non de facili ꝓ/
ferre unde bene dicit Ariſto. ꝙ ad pauca reſpitientes de facili enūtiant.
Secundo quia hec doctrina diffitillima eſt & multa oportet ſcire & con
ſiderare & faciliter quis errare poteſt ideo quandoq̃ aliqui errant &

contrarium dicunt ſed hoc non eſt propter falſitatem ſcientie ſed igno/
rantia iudicantium ut Ptolomeus ait primo libro.c.ſecundo pro quo no
ta id quod dicit Santus Tho. ſecundo de generatione.exponendum te/
ſtum Ariſto.lviii.circa finem Sciendum quod non ſolum acceſſus uel re.
ceſſus periodum facit quia aliter in hyeme nullum animal naſceretur[ſed
potius quodlibet moreretur & nullius uita deberet extendi ultra annum
quod eſt manifeſte falſum manifeſte ſed periodum facit relatio aſcen/
dentis ſigno ſuper orientem ad omnia ſigna circuli cum ſuis ſtellis & pla
netis in hora generationis rei inferioris in quo cauſatur a circulo cele/
ſti.hoc enim modo menſura eſt annus & quorumdam plus uel minus
ſed effectus ſignorum & fortitudines Stellarum que ſite ſunt in ſignis
& hoc modo ueram eſt quod equale eſt tempus generationis & cor/
ruptionis quia a primo ſigno aſcendente in hora rei. computatur profe
ctus rei uſq; ad ſeptimum ſignum eiuſdem circuli & a ſigno ſexto
uſq; in primũ computatur defectus & ideo in Aſtrologia ſeptem ſignũ
uocatur domus mortis & aſcendens uocatur domus uite. Et ideo genera
tionem & declinationem uſq; ad mortem uocatur periodus corruptio/
nis quia equalia ſunt ſecundũ naturam quia a primo uſq; ad ſeptem tan
tum eſt quantum eſt a ſeptimo uſq; ad primum per aliam & aliam
partem circuli menſurando & ideo ſi periodus perfectus hominis ſunt
xxxv.uel.xl.anni ut dictum eſt a mediis periodus defectus tantun/
dem erit itaq; etas hominis erit .lxx.uel.lxxx.annorum poteſt tamen
hoc impediri per accidens uel per cibum uel per mortem uiolentam uel
alio quocunq; modo & hoc uocat Ariſtoteles materie in equalem quia
ſcilicet per accidentia multa aliter diſpoſita quam moueatur a circulo
& ideo diuerſimode moriuntur homines citius & tardius quam per na
turam mortales ſint ſimiliter & alia animalia & hoc modo etates ſunt
omnium rerum quia planete in circulo periodali poſiti quando ſunt for/
tiores dat plures annos uite & quando ſunt debiliores dant pauciores
hoc etiam modo innoteſcit quod ſiquis ſciret uirtutes ſignorum & ſtel
larum in eis impoſitarum dum naſcitur res aliqua cognoſcere quantum
eſt de influentia celeſti & poſſet pronoſticari de tota uita rei genera/
te licet hoc neceſſitatem non poneret ut dictum eſt quia poteſt impediri
per accidens hec ille formaliter ex quibus multa patent. Primo quãtum
ualet formatio figure in qua ſecundum diuerſa loca Stelle uel Signa &
Planete producunt diuerſos effectus & quomodo ſunt imbecilliora uel
fortiora.& quomodo poſſunt impediri & que per natiuitatem ſcire poſ/
ſumus.Ex quibus etiam patet quomodo ſit ſcientia Aſtrologia iudica/
tiua nec prohibita. Et impedimenta partim ſunt ex parte materie par/
tim in corporibus celeſtibus uel reſpectu domorum uel reſpectu aſpe/

ctuum uel graduum & locorum ſignorum ut declarat Ptolomeus libro
primo quadri. Et ſi quæ in cælo ſunt impedimenta aliqua cognoſci poſ/
ſunt & ſunt magis cognoſcibilia que uero ex parte materie ſiunt ſunt ma
gis incerta Ariſto. ut philoſophus tangit impedimenta quæ ſunt ex par
te materie in dicto loco & ideo ait ꝙ non ſunt equales anni uitæ hominū
ſeu uiuentium Aſtrologi uero nituntur dare impedimenta quæ ſunt in
cælo ut patet etiā in introductorio Alcabitij unde nunq̄ abſolute per ſtel
le dominium debet quis inferre ſententiam unde Ariſtoteles ait non de
bet quis iudicare per unum ſignum.
His præmiſſis probatur principalis concluſio per. S. Tho. tertio contra
gen. c. lxxxij. ¶ Primo ſic ſunt ſicut in ſubſtantijs intellectualibus eſt
ſuperius & inferius ita etiā in ſubſtantijs corporalibus ſed ſubſtātiæ in
tellectuales inferiores reguntur/a/ſuperioribus ergo & ſubſtantię cor/
porales inferiores reguntur/a/corporibus ſuperioribus. Pręterea quāto
aliquod corpus eſt ſuperius loco tanto eſt formalius & per conſequens
uirtuoſius ſed cæleſtia corpora ſunt ſuperiora loco ergo ſunt formaliora
& uirtuoſiora & per conſequens habent magis de uirtute actiua ergo
habēt agere in corpora inferiora. & ideo hec ualet pro Saturno reſpectu
Solis. Pręterea quecunq; magis accedūt ad imobilitatē ſunt motiua alio
rū ſed corpora cæleſtia magis q̄ inferiora accedunt ad inmobilitatē ergo
maior patet quia inmobile eſt principia motus minor etiam probatur
quia tantum motu locali corpora cæleſtia per quem non fit forme & ab
intrinſeco mutatio ſed ab extrinſeco ſcilicet penes ſitum. Multæ aliæ
ſunt rationes ſed hæc ſuffitiant. At ſiquis affert Auicen. opiniōem. x. Me
thaphi. capitulo primo Vbi nititur probare corpora cæleſtia de neceſſita
te producere ſuos effectus uideat Diuum. Tho. tertio conmen. gen. cap.
lxxxvi. Vbi oppoſitum probat & ſoluit rationem Auicennę quam di/
cit eſſe antiquorum. negantium caſum in fortunam.
Etiam patet per Ariſtotelem ſecundo de ſomno & uigilia Vbi ſic ait:
Eorum quę in corporibus ſunt ſignorum etiam cæleſtium ueluti aqua/
rum & uentorum multa non eueniunt ſi enim aliquis alij uehementior
iſto accidat motus/a/quo futurum ſignum non fit. ſunt & multa con/
ſulta bene quæ fieri explicabit diſſoluta ſunt propter alias digniores in/
choationes.
Ptolomeus etiam inquadripartito dicit Ruſſus nec exſtimare debemus
quod ſuperiore procedunt inebitabiliter ut ea quæ Diuina diſpoſitione
contingunt. Et quæ nullatenus ſunt uitanda necnon quę ueratiter & ex
neceſſitate proueniunt
Etiam in cauſe allego dicit Hęc inditia quæ tibi trado ſunt media inter
neceſſirium & poſſibilem.

¶ ſimiliter hoc aſſerit Damaſ. in.ii.libr.ex corporibus cæleſtibus non ex neceſſitate effectus proueniũt Ibidem quoq; cap.lxxxv.declarat qũo ſunt cauſe occaſionales noſtrarum electionum & uirtutum uitiorum. Non autem ex neceſſitate ut capite.lxxxvii.reprobat opiniõem Auicenne. Ibi longe patet ad argu.dicitur limitando illam propoſitionem ꝙ omne corpus tangens tangitur ſi habent materiam eiuſdem rationis tũc dicitur ad propoſitionem ꝙ cælum & elementa ſeu elementata non habent materiam eiuſdẽ rationis ideo ſed quis dubitabit circa iſtã reſponſionẽ primo quia Auer..dicit ꝙ in cælo non eſt materia.ſecũ. quomodo ſunt diuerſarum rationem Ad pri.reſpondetur ꝙ Auer.non uult ſimpliciter negare ꝙ in cælo non eſt materia ſed dicit ꝙ non eſt materia ad eſſe ſed bene ad ubi uult dicere ꝙ non eſt in cælo materia que ſit impotẽtia ad diuerſas formas & ſic ad eſſe & non eſſe ſeu in ordine ad motum ſeu mutationem formalem. Non uult autem negare materiam non habere ſimpliciter quia ſic cælum eſſet actu ens & forma ſubſiſtens & per conſequens actu intellectum & non ens ſenſibile & eſſet intelligens ſicut ſunt cetere intelligentie. Hẽt ergo corpus cæleſte materiam ſed non coniunctam priuationi ſed ſua forma replet totam potentialitatem eius qa forma cæli eſt forma totalis & uniuerſalis perfectiua. ¶ probatur qa quanta eſt forma & quomodo eſt forma tanta & ſic eſt uirtus illius ſed uirtus cæli actiua eſt uniuerſalis ergo & nõ eſt particularis ſicut eſt uirtus inferiorum quorũ forme ſunt ꝑfectiones particulares exiſtentes nõ poſſunt replere totam potentialitatem materie unde cum una forma ſimul remanet priuatio alterius forme que eſt apta nata ineſſe. Hoc etiam confirmatur / a / ſigno corpora cæleſtia non ſunt ſuſceptibilia alterius figure q; circularis inferiora uero multipliciter poſſunt figurari.
Vnde quia materie habent diſtingui ſecundum diuerſitatem actuum & formarum ad quas ordinantur ſicut qualibet potẽtia diuerſificantur ſecundum diuerſitatem actuum ad quos ſunt ſed materia cæli ordinatur ad formam totalẽ & uniuerſalem ꝑfectionem materia uero inferiorum ordinatur ad partialem formam ideo ſunt diuerſarũ ratiõum & in hoc delirat Philoponus. Ideo non habet qualitates tãgibiles ſed ſuo lumine & motu tangit inferiora & nõ tangitur. ¶ Tertio queritur utrum corpora cæleſtia agant caliditatem per ſe uidetur ꝙ non poſſit producere calorem quia impoſſibile eſt aliquod agens naturale producere calorem indiſtãs illum non producendo impropinquum quia omne agẽs ſaltem ordine nature prius agit impropinquum q̃ indiſtans ſed Sol qui maxime uidetur producere calorem cum in eo ſit maius de lumine non prius agit impropinquum.ſ.imſperas ſibi propinquas neq; in aeris partem ſibi propinquiorem q; indiſtantem ergo &c. Quod autem non ſint cauſa

ſrigiditatis probari primo auctoritate commentatoris ſconmen . xlii . ſe.
celi ſecundo nulla cauſa naturalis eſt cauſa oppoſitorũ quia hec eſt dif/
ſerentia inter poten . naturalem & rationalem ſed lumen eſt cauſa natu
ralis qua corpora celeſtia agunt in hec inferiora & qua agunt calorem
ut uidetur ergo non poſſunt agere frigus. Ad hoc reſpondet Alexander
dicens ꝙ nihil prohibet ab aliquo agente aliquid alterari per mediũ ita
tamen ꝙ illud medium non alteretur ſicut Piſcis qui dicitur ſtupor ſtu/
pefacit manus piſcatoris mediante rethe: quod non ſtupefacit recipit
tñ aliqualiter impreſſionem piſcis ſecundũ ſuum modum alio tamen mo
do ꝙ manus. Ita etiam Sol imprimit aliquid in corpora celeſtia media
non tamen calefactionem ſed impreſſio Solis peruenit ad inferiora cor/
pora per modum calefactionis ſecundum eorum conditionem. Sed cõtra
hanc reſponſionem uidetur eſſe ꝙ dicit Ariſto. ꝙ calor cauſatum in aere
trito uel compreſſo, per motus Stellarum. Hoc autem non eſt poſſibile ꝙ
contritio uel compreſſio/a/motu ſolum p ueniat ad aerem niſi media cor
pora celeſtia conterantur quod eſt impoſſibile. Et ideo Auer. ſecundo
celi conmẽ. xlii. dicit quod totum corpus celeſte mouetur motu diurno
quaſi unum animal totum motus autem planetarũ proprij ſunt partium
animalis, cauſatur autem calor in aerem p̃cipue ex motu totius celi qui
eſt motus diurnus: unde Ariſto. dicit ꝙ approximante Sole & oriente
& ſuper nos exiſtente generatur calor ꝙ quidem fit per motum diur/
num manifeſtum eſt autem quod corpus alterans non alterat ſolum ſe/
cundum extremam ſuperfitiem qua tangit corpus alteratum ſed ſecundũ
totam ſuam profunditatem & hoc probatur ab effectu quoniam ſuppo/
ſita idemptitate nature corpus tenue non eſt ita efficax ad alterandum
ſicut corpus habens profunditatem: & ita in propoſito corpora celeſtia
non ſolum ſecundum infimam ſperam calefatiunt. ſed ſecundum to/
tam groſſitiem eorum quaſi una alteratione. & ideo alteratio ſequitur in
iſtis inferioribus non ſolum ſecundum orbem Lune qui inmediate con/
tingit inferiora corpora. ſed etiam ſecundum uirtutem Stellarum in qui
bus eſt magis adunata & quaſi conmaſſata uirtus actiua celeſtis corpo/
ris & precipue ſecundum uirtutem Solis que excedit corpora alia uirtu/
te & magnitudine: quia igitur totum celum agit quaſi unum corpus ſe
cundum motum diurnum non eſt intelligendum ꝙ deorſum una ſpera
impremet in aliam ſed quod totum celum una impreſſione alteret infe/
riorem aerem uirtute Solis & aliarum Stellarum quando nobis appro/
pinquat: ſed hec ratio non uidet ſufficiens eſſe: ut Simplicius dicit: pri/
mo quidem quia ſi ſecundum cõtritionem uel impreſſionem aeris ex mo/
tu celeſtis corporis Sole preſente cauſaretur calor aeris hec ſequerentur
inconuenientia: primo ꝙ loca que ſunt inferiora minus calefierẽt tanꝙ

magis remota/a/motu calefaciente quod eſt manifeſte falſum quia in planitie eſt maior calor quam in montibus: ſecundo quia cum ſpera ter/ rę ſe habeat per modum punti reſpectu cœli & Sol ſupra terram exiſtēs uidetur ex omni parte ęqualiter nobis appropinquare ergo non debet tanta eſſe differentia calefactionis ex Sole: quanta apparet inter mane & meridie & inter biemem & eſtatem: Secundo ſequitur ꝙ in locis um/ broſis non debet eſſe minor calor quam in locis in quibus perueniunt radij Solis. Et ideo Simplicius aliam aduenit uiam qui ait. Quod/a/ Solis corpore egrediuntur radij quos dicit eſſe corporales & ꝙ per cœle/ ſtia corpora quæ ſunt infra Solē quę ſunt in materialia ſine proibibitio ne penetrare poſunt, per aerem autem penetrant propter aeris poros: ſed a corporibus ſolidis ſcilicet terra & aqua reflectuntur ad ęquales angu los ut probant per ſpectiuij quod omnis reflexio fit ad ęquales angulos: quando ergo radij ſolaris percutit terram Diametraliter radius refle/ ctitur in ſeipſum & ſic fit maxima inſpiſſatio quæ cauſat maximum calo rem & hoc quando eſt in Zenit capitis noſtri: quando autem Sol eſt ma gis diſtans/a/noſtro Zenit propter oppoſitam cauſam tanto generatur minor calor: Sicut in bieme & in ortu & in occaſu Solis. Quia radij ſo lares percutiunt terram ſecundam angulos magis optuſos

Vnde Radu influſſi magis diſtant/a/Radis poſt obiectis. Et propter hoc Ariſtoteles ſignanter non Simpliciter dixit: Quod Sole magis ap/ propinquante generatur maior calor.

Sed addidit Oriente & ſuper nos exiſtente ut intelligatur approxima/ tio per reſpectum ad Zenit capitis noſtri non autem ſecundum quanti/ tatem Linearum/a/Sole ad nos ductarum quia fere ex omni parte ęqua/ les ſunt. Quæ opinio unum dumtaxat Scrupuloſum adducit ſcilicet ꝙ Radij ſolares ſunt corporales: quomodo autem corpora Celeſtia inma/ terialia ſint per ſupradicta Simplicius exponi ac Saluari poteſt: Sic & nunc eius prędicta uerba exponi poſſunt. Vnde hos Radios ſi corporales uocat quaſi conſtringentes & piſſantes Aerem: & per hunc modum calefatientes exprę ſſe falſum dicit: Ratio eſt quia Ariſto/ teles probat in ſecundo de Anima teſtu conmen. lxix. Quod Radius neq; eſt Corpus neq; Defluxus alicuius corporis: Si uero intelligat Radios eſſe Corporales quia ad modum corporum ſe habent inquan/ tum directe proiciuntur & reflectuntur/a/Corpore Spiſſo quia tunc Ra dij penetrare non poſſunt: Sic uerum dicit. Quia tales refleſſiones per contra reſiſtentiam Corporum: non ſolum competunt Corporibus Sed etiam qualitatibus ut patet de Calore cum reflectitur inueniens obſta/ culum, & ſic corporales Dici poſſunt Radij & cauſa Caloris eſſe poſſunt Sed Auerrois duodecimo Methaphiſicæ Nititur probare Corpora Ce/

leſtia mediante Lumine non per ſe cauſare Calorem:& primo ſic probatur. Id quod per ſe actiuum eſt in natura debet habere generans eiuſdem eſſentię, Sed per te Lumen eſt per ſe actiuum Caloris: ergo ſunt eiuſdem eſſentię. Quod eſt falſum.

Pręterea: ſi Lumen eſt cauſa Caloris: ergo oppoſitum Luminis erit cauſa Frigoris Sed Lumen non habet oppoſitum. Ergo ad deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis: Lumen non eſt cauſa Caloris. Pręterea, ſi Lumen generat Calorem aut per ſe uel per accidens: Non per ſe quia eſſent eiuſdem natura: & eſſet agens uniuocum quod eſt falſum. Ergo erit per accidens cauſa Caloris & ſic poſſit non eſſe: quod eſt falſum. Quia ſemper Aer eſt Calidus, quibus rationibus ſufficienter probatum eſſe uoluere quod Lumen non eſt cauſa per ſe Caloris, Sed incontrarium uidetur eſſe, Ariſtoteles ſecundo Celi teſtus commen.xlii. Vbi ait appropinquante Sole & Oriente & ſuper nos exiſtente generatur Calor. Et Ptolomeus primo libro. quadri.capitulo.iiii.ait Subſtantie Solis opus eſt calefacere modicumq; deſiccare & loquitur de cauſis per ſe.

Reſpondeo dicendum quod duplex eſt cauſa Caloris ex Corporibus Celeſtibus in his inferioribus cauſati: Vna quidem cauſa eſt motus de qua nunc non loquimur: Alia cauſa eſt Lumen quod ponimus per ſe cauſam Caloris, & probatur ſic concluſio id quod eſt prima qualitas actiua primi alterantis ſcilicet Celi directe & per ſe cauſat primam qualitatem inferiorum Corporum quae eſt Calor: Sed Lumen eſt huiuſmodi. Ergo & cetera.

Pręterea id quod dat ſeu cauſat eſſe & formam Subſtantialem alicuius dat omnia ſeu cauſat conſequentia omnia ad ipſam Formam quia dans eſſe dat conſequentia ad eſſe, Sed Corpora Celeſtia ſunt cauſa Formarum Subſtantialium Elementorum us Santus Thomas & Albertus ſępe dicunt & pręcipue ſecundo Celi ſuper teſtu commen.xlii. Ideo dant omnia accidentia ſeu cauſant Corpora Celeſtia omnia accidentia in Elementis & Elementatis.

Pręterea omne ens per ſe & non per accidens habet cauſam per ſe ut ꝓbat Ariſtoteles ſecundo Phiſicorum ſed Calor in Aere eſt ens per ſe, Ergo habet cauſam per ſe: & confirmatur hoc experimentis: in Perſpectiua Apollonij & Alchindi de Speculis comburentibus in quibus apparet ꝙ Lumen ſit cauſa Caloris: Alia uero experimenta aliqualiter

adducta ſunt ab ipſo Simplicio: unde propinquior eſt nobis Sol in bieme
cum ſit in oppoſito augis q̄ in eſtate cum ſit in auge: ſed ꝓpter reflexio
nem radiorum Diametraliter uel quaſi diametraliter cadētium augetur
calor: etiam apparet quod ex lumine cauſetur calor ob radiorum refra/
ctiōem: quoniam media aeris regio Celo uicinior frigidior eſt ac noſtra
imſima regione aeris: & ideo cum Auicenna: Appolonio: diuo Thomas
magno diuoq; Alberto: dicendum eſt ꝙ lumen per ſe eſt cauſa caloris.
Ad primum argumentum conceditur reſponſio Alexandri: Ad aliud pro
opinione Auerrois, limitata maiore, negatur minor. & dicitur ꝙ etiam
frigus reducitur ad unam primam cauſam celeſtem: ſicut & calor: &
iſta prima cauſa frigoris eſt Saturnus ut dicit Ptolomeus ibidem Satur
ni uero Stella ſecundum operis ſui partem maiorem infrigidat ſua frigi
ditate maxima & dicitur quod duplex eſt cauſa per ſe: quedam eſt pro/
pinqua & uniuoca & iſta eſt eiuſdem eſſentie cum ipſo effectu. Alia eſt
cauſa remota per ſe ſicut ſunt corpora celeſtia reſpectu primarum quali
tatum & iſta non debet eſſe eiuſdem nature ſeu eſſentie cum ipſo effectu
poſſet etiam adduci alia diſtintio ꝙ duplex eſt cauſa: quedam eſt cauſa
principalis. & iſta eſt duplex. ſ. propinqua & remota, alia eſt cauſa in/
ſtrumentalis: & hec duplex, quedam eſt inſtrumentum proprium: quo/
dam uero eſt remotum & commune: ſic ad propoſitum ſidera dicuntur
agentia remota & principalia ſeu per ſe: & ſic Sol eſt agens ſeu gene/
rans calorem. Saturnus uero frigus Iuppiter temperiem in calido Mars
eſtum, Venus temperiem in frigido: Mercurius commiſcibilitatem &
facilem paſſibilitatem aeris: ſic & lumen eſt inſtrumentum cōmune per
quod corpora celeſtia producunt omnes ſuos effectus: Vnde magnus ac
diuus Albertus ait: quod lumen incorporatum trahitur ad aliā naturam
Vnde in Saturno generat frigus, & ſic reſpondetur ad formam argu/
menti limitando maiorem. quod omne agens propinquus ſeu principa/
le & uniuocum eſt eiuſdem eſſentie cum effectu, & tunc eſt falſa minor
ſi autem maior de omni per ſe agenti intelligit̄ falſa eſt, Ad ſecundum
dicitur ꝙ, ſi intelligitur de cauſa principali remota oppoſitum cauſe ca/
loris principalis ſic eſt Saturnus per ſe cauſa frigoris: ſi uero intelligitur
de inſtrumentali: & remota, negatur maior ſeu antecedens: imo lumen
eſt cauſa caloris & frigiditatis ut diximus. Ad tertium reſpondetur ſi/
cut ad primum.

QVæritur.xxiii.utrum in hoc anno adſint cæleſtes cauſæ ad dilu/ **Primum.**
uiuum ac magnos effectus producendos. ℈ uidetur ꝙ
non per aduerſarios. ℈ pri.dicunt quia uniuerſalis ſiccitas eſt cauſa ne/
ceſſaria diluuij ſed hæc non uidetur cauſari/a cæleſtibus corporibus in
hoc anno.ergo.

℄ Preterea qñcunq; dominatur Iuppiter ſemper eſt tẽperies ſed in lo/ **Secundum.**
co ſinodi planctarum dominatur Iuppiter qui habet domicilium Ergo
maior patet per doctrinam Ptol.qui docet quomodo ſecundum domina/
torem ſit indicandũ. ℈ ſi quis diceret ꝙ Venus habet plures dignitates
ergo erit domina patet antecedens qui habet exaltatiõem & triplicitatẽ
habetur intentum qui etiam Venus eſt cauſans temperiem.

℄ Preterea ubicũq; eſt Mars ſemper cauſat caliditatẽ & ſiccitatem ſed **Tertium.**
cum Saturno & Ioue eſt Mars ergo &c. Per conſequens mitigabit dilu
uiuum & aquarum inundationes &c.

℄ Preterea nullus effectus magnus euenire põt ab alijs ſideribus ſi ſo **Quartum.**
lares eclypſes non cõcordauerint & magne uel comete ſed in hoc anno nõ
ſunt ſolares eclypſes ſenſibiles & magne ergo maior patet per doctri/
nam Ptol.etiam minor patet per tabulas Ephemeridis ergo.

℄ Preterea q̃libet cõiũtio quæ fit in ſigno bruti figurã habẽte ſuum ac/ **Quintum.**
cidẽs ſuper brutã ſignificat ſed conuentus planetarũ fit ſic ergo maior pa
tet.per doctrinam Ptol. & minor etiã patet quia Piſces eſt brutorum
imago.℈ ideo non uenient dira bella lex noua &c.Propheta & alia quæ
hominibus euenire ſolent.

℄ Preterea quelibet cõiuntiio uel eclypſis Solis uel Lune ſignificat ſuũ **Sextum.**
accidens ſuper illam regionem quæ cõcordat illi ſigno inquo fit ergo non
poteſt eſſe in pluribus prouincijs & ideo non poſſunt eſſe magni effe/
ctus tenet conſeq̃ntia quia unum ſignum non habet tantum dominium.

℄ Alij nituntur ꝓbare ꝙ non eſt cæleſtis cã pro uniuerſali diluuio ſeu **Septimum.**
pro uaſtiſſimo quia Alb. magnus ſex modos ponit q̃bus cauſatur dilu/
uiũ uniuerſale ſed nullus eorũ eſt in hoc anno ut patet inductiue ergo.

℄ Preterea hæc coniuntio uidelicet Saturni & Iouis nõ eſt maxĩa uel **Octauum**
media immo eſt minima ergo non poteſt eſſe magnum diluuium uel
magni effectus tenet cõſeq̃ntia quia Album. attribuit magnos effectus il
li coiunctioni cũ eſt maxima uel ſaltem media nõ autẽ cum eſt minima.

℄ Preterea Iuppiter cũ coniungitur Saturno & Sol eſt in.xxi. gradu **Nonum.**
Aquarij.℈ in multis alijs anni temporibus cauſat temperiem ℈ Venus
ſil'r ĩ multis huius anni tẽporibus ergo nõ põt eſſe uaſtiſſimũ diluuiũ.

℄ Alij dicũt ꝙ erũt potius niues q̃ aquę pp nimiã Saturni frigiditatẽ. **Decimum.**

℄ Etiam dicũt ꝙ tẽpus determinatum effectuum earum coniuntiõum **Vndecimum**
quæ in menſe Februarij.M.D.XXIIII.fient ignorant aliqui.℈ ꝓbãt

℄

hoc & eorum probatio eſt concernens non omnes ſed quoſdam ut ipſi ui deatur fateri in eorum concluſione ſecunda quæ talis eſt. Nullus ignorans diſpoſitiones corporum cœleſtium ſcit naturaliter tempus determinatum tempus pluuiarum uel niuium quæ uirtute cœlorum generantur ſed multi ignorant diſpoſitionem cœlorum corporum ergo maior probatur primo auctoritate Album.qui ait lib.vii. introductorij corpora cœleſtia cum uirtutes ſuas miſcent motu communi ac per mixtionem tertium quendam effectum utriuſq; naturæ cognatum gigni neceſſe eſt & hoc dicit etiam Ptolo.in lib.ſecundo.c.viii.quadri.Etiam Ariſto.in fine libr. de ſomno & uigilia ait.Aliqñ in cœleſtibus ſignis apparere ſignum pluuie & uentorũ non tñ ſeqꝰ ipluuiam uel uentum ex alio motu uehementiori.& hoc cõfirmaꝰ.S.Tho.ibidem exponẽdo illud dictũ Ariſtoteles. Minor ꝓbaꝰ.i.qa doctores ſunt diſcordes in numero ſpærarũ & motuũ:

Duodecimũ. ¶ Ari.& commentator dicũt.octo.alij.ix.uel.x.& ſimil'r ſunt diſcordes de numero motuũ planetarum qdem dicũt ꝙ tm̃ mouentur motu diurno & nõ ꝓprio ab occidente in orientẽ ſed ſic uidenꝰ moueri qa retardanꝰ & Theologi ponũt cœlum Empireum & Aſtrologi nõ.etiã ſunt diſcordes in excẽtricis & epicíclis & Solẽ etiam declinare ab eclyptica & ſic ſunt diſcordes in numero motuũ ipſorũ planetarum & de ordine planetarũ q ſupra & q ſub ſit poſitus etiã inſtrumenta nõ ſunt pciſe concordantia etiã diſcrepant in domibus exaltationibus triplicatatibus termi. & faciebus & in acceptiõe ylec.etiã diſcordant in numero annorũ coniunctionũ ſignificãtium diluuiũ.& gubernatiõis mũdi ergo ſunt incerta.

